

**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Beneficiis habentibus Dignitatem, Personatum aut Officium. Tit. 13

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

TITULUS XII.

De Beneficiis Patronatis, & non
Patronatis.

SUMMARIA.

1. *Beneficia Patronata qua.* 2. *Qua non.*

Beneficia Patronata dicuntur, quæ ad idoneæ personæ præsentationem per patronum, fundatorem videlicet, vel do-

tatem, vel eorum heredes, Episcopi conferunt, in fine
one factâ præsentati per Patronum Laicum aut Clericu-

Quippe sine præsentatione non sit institutio; nisi in mora praedicta
tandi fuerit patronus Laicus per mensæ quatuor, Clericus per mes-
sex. c. 1. §. fin. de jure patron. in 6. c. 3. §. fin. c. eamte. c. si vero. ed. 1.2.
de supplend. negl. Prelat.

Juri præsentandi Patroni non censetur Papa derogare, pergit
am de beneficio conferendo emissam. c. cum in illis. 17. §. in illis de pa-
bend. in 6.

Beneficia non patronata collationi relinquuntur libera, sine op-
er vel præsentatione aliqua cuiusquam Patroni. Petr. Gregor. in Ioffa
rer. Benef. cap. 10. num. 16.

TITULUS XIII.

De Beneficiis habentibus Dignitatem
Personatum aut Officium.

SUMMARIA.

1. *Qua Beneficia habeant Dignitatem.* 2. *Dignitas quid.*

LIB. I. TIT. XIII. De Benef. habent. Dignit. &c. 49

3. Quæ Beneficia habeant 6. Dicta Beneficia; aliquando confunduntur.
Personatum.
4. Personatus quid. 7. In Belgio Personatus
5. Quæ Beneficia habeant inter Beneficia Simpli-
Officium.

Dignitatem habent, quæ præminentiam seu administratio-
nem rerum Ecclesiasticarum cum Jurisdictione. *Gloss. &*
Archidiac. in c. 1. de consuet. Ut Prepositura, c. quamvis. 9.
c. de verb. signif. car. Salvator. 1. qu. 3. c. 1. de estate & qualit.
ad. c. constitutus. 2. de appellat. c. ex parte. de Cleric. non res. c. ex ore. de
la que fuit à Prel. sine consensu Capit. Prælatura; ut Episcopatus &
Abbatia: c. 2. de judic. tit. de Regia ad Prælaturas nomination. in Con-
cordat. Gall. c. ne pro defectu. c. nihil. de election. c. ubi periculum. §. & ne-
ad. in 6. Prioratus perpetui: Clem. 1. de suppl. neglig. Prælat. Deca-
natus, Archidiaconatus, Præcentoriz: Ciron. in par. Chabot. in select.
Vallen. in par. ad tit. de præbend. & dignit.

Et dignitas nihil aliud est quam hujusmodi præminentia & ad-
ministratio.

Personatum habent, quæ præminentiam Sedis & aliorum, sine
jurisdictione; verbi gratia, honorificum locum in choro, processionis
bus, suffragiis; ut Cantoria, Thesauraria, Poenitentiaria, & similia.
c. dudum. in 2. de elect. Collectan. ad c. de multa. de præbend. Archidiacon. ad
d.c. 1. de Consuet.

Et Personatus dicitur hujusmodi præminentia. *Vallenf. d. loco. §. 4*

2. num. 9.
Officium habent, quæ administrationem rerum Ecclesiasticarum,
sine Jurisdictione, præminentia atque honore; ut Sacrificaria Custo-
dia: c. 1. de offic. *Sacrif. Cellaria, Cameraria, Vectiaria, Eleemosyna-*
ria; & similia, in quibus aliquid fieri debet. Gloss. in d. c. 1. de consuet.
vix administrationis. Officium enim ab officiendo est dictum, & est
quod quisque facere debet, locorum, temporum, personarum ratione
observata.

[G]

Admi-

nus
omnis
Ecclesiast

IV.

50 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

Administratio tamen & generalia nomine, comprehendit potius
ratus & alia beneficia. Clem. I. & ibi Cardin. qu. 6. de rescript. c. 2. de ad.
& qual. ord. in C.

6 Cæterum licet hæc tria, *Dignitas*, *Personatus* & *Officium*, Jus
Canonum subinde ita distinguantur, id tamen non est perperum; ve
rum interdum eodem in jure pro uno & eodem accipiuntur; ut primi
ceriatus pro dignitate, personatu & officio; *incum accessissent*; &
constitutus. Ideoque erit tutius quoad eorum noninimum vim caputque Ec
clesiae spectare consuetudinem; Petrus Gregor. *dere benef. tit. cap. 10*
num. 1. 8. & in Syntagma. jur. univ. lib. 17. cap. 3. num. 17. sicut beneficium
illud censetur habere dignitatem, vel esse dignitas, quod ex conatu
dine pro tali habetur; maximè quando in creatione illius non repres
tur assignata Beneficio dignitas. *Gloss. ad Extrav. execrabilis. verb. popu*
natus. de prebend. Vallenf. d. loco, num. 7.

7 Hodie de consuetudine Belgii plerique personatus inter Benefici
Simplicia censentur; adeò ut etiam minoribus ætate conferantur. *Lip*
pans in Anal. Jur. Pontif. Noviss. tit. de Cleric. non resident. num. 5.

TITULUS XIV.

De Beneficiis Nominatis & Innominatis

S U M M A R I A.

1. *Beneficia Nominata* 2. *Quæ Innominata.*
qua. 3. *Quæ iis annumerantur.*

1. **B**eneficia Nominata, sunt ea quæ ultra generalem beneficium
appellationem proprio intelliguntur nomine: ut Pontificatus, Summus, Patriarchatus, Primate, Archiepiscopatus,
Episcopatus, Abbatia, Präpositura, Prioratus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanatus, Primicerius, Curia
seu Vicaria perpetua, c. de multa. de præbend. c. extirpante qui. *Si quæ*
verò. eod. c. postulasti. de rescript. seu parochia, tit. de parochia. Ratio